

Xa

3414





Xa  
3414

XXXVI.

Q. B. V.

# ADVENTVM FELICEM

REVERENDISSIMI SERENISSIMIQUE  
PRINCIPIS AC DOMINI,

DOMINI

# MAVRITII GVILIELMI

POSTVLATI ADMINISTRATORIS

EPISCOPATVS NVMBVRGBENSIS, DVCIS SAXONIAE,  
IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM, ANGRIAE ET WEST-  
PHALIAE, COMITIS PROVINCIALIS THVRINGIAE,  
MARCHIONIS MISNIAE ET VTRIVSQUE LVSATIAE,  
PRINCIPIS HENNEBERGIAE, COMITIS MARCAE  
ET RAVENSBURGAE, DYNASTAE  
RAVENSTEINI,

Quo

Hennebergia Saxo-Naumburgica DOMINVM ac PRINCIPEM  
suum longe Clementissimum,

Hennebergicum vero Gymnasium, quod PRINCIPVM SAXONIAE  
& commune est,

NVTRITOREM & nunc DIRECTOREM

multo Indulgentissimum,

vidit

XVI. KL. Septembr. A. MDCCL.

ex Historia

veteri, de

ADRIANO, Imp. Rom.

recentiori, de

HENRICO VII., Rege Angliae,

recentissima, de

GVILIELMO, Rege magnae Britanniae,

in eodem GYMNASIO Illustri

NVTRITORIBVS SERENISS.

deuotissimo

declarandum, pieque concelebrandum intimat,

&

ad Panegyrim XVII. KL. Octobr.

habendam

DOMINOS, Maecenates, Patronos, & Fautores obsequen-  
tissime, obseruanter & humaniter

inuitat

M. Godofredus Ludouici, Rector.





Hennebergiam non ita pridem ingressus est REVERENDISSIMVS SERENISSIMVSQVE NVTRITOR & MVNIFICENTISSIMVS hoc tempore Gymnasii nostri DIRECTOR, DOMINVS MVLTOLENISSIMVS, SALOMO noster, PRINCEPS PACIFICVS & SAPIENTISSIMVS; & hoc eodem in longinquiora Imperii sui loca aduentu desiderato fortunam WILHELMINAM, hoc est mirificam & pie concelebrandam subiectis in Hennebergia sua omnibus liberalissime impertiuit. Quanquam enim, cum tenere incepit ditiones GLORIOSISSIMVS PRINCEPS, statutum non fuit, vsq; in Misnia habitans, quorannis singulatis prouincias inuideret, & per bimestre aut trimestre agerer illic: ad qualem se legem alligarunt olim Reges Suetiae in Dania sedem habentes, teste Jo. Meursio in historia Danica. Quanquam regiones incendia, quae iuxta cum aliis periculis in posterum quoque tempus vndique auferre velit DEVS, tributurae non sint absentiae PRINCIPIS, veluti factum est, cum Tiberius Imperator per vndecim annos abfuisse Roma, montisque Coelii interim ortum esset incendium, qua de re Tacitus commemorat. Quanquam etiam non ea vrsere causa PRINCIPEM nostrum, tenentis quoque imperium, quae Carolum VI. Regem Galliae, admonitum idcirco, velit inuisere remotiores Imperii sui prouincias, Frostardo recitante, Nihilofecius, vt prouideret, quae e Republica sunt, suo videlicet in prouincias, remotiores quoque, & Hennebergiam nostram amore incredibili ductus, diuini oris adspetum dedit NVTRITOR noster, Marchio Misniae, cuiusque cum aduentu Tiberii & Caroli, Principum non vsque adeo laudabilem, causam vix conferre licet. Sane laudi ducitur Hadriano, Romano Imperatori, quod omnes Imperii oras obire non detrectauit, & hoc in illas ingressu felicitatem eximiam est largitus. Quippe de Hadriano ex Dioue Casio & Aelio Spartiano ita B. Buchnerus, in oratione Diuo IOHANNI GEORGIO I. ELECT. SAX. POTENTISSIMO, ob exoptatissimum eius aduentum dicta Wutebergae A. 1646. cum paullo ante prouinciarum profectum maximum in principum praesentia esse, idque peniti habuisse optimos quosque, qui praefuerint rebus, asseruisset: Hadriani Imperium, quid aliud prope quam peregrinatio perpetua fuit, inspectoque prouinciarum? quasi frustra in caeteris aemulatus sibi Augusti videretur exemplum, si in hac gloriae parte deficeret. SERENISSIMI vero PRINCIPIS nostri itiones ex Praesulatu Naumburgico in Thuringiam, ex Thuringia, in Varisciam, ex Variscia in Hennebergiam, & Ingressum Schleusingensem annon efferramus, sollemnem acclamatione Veterum deposcimus Numen, vt de nostris annis EL annos augeat? Hoc ipsum fuit, caput rerum, metropolim Hennebergiae Saxo-Naumburgicae, non omittere, ex Taciti supra adducti verbis. Hoc ipsum sane fuit, non omittere vrbem, vnde in omnia Hennebergiae Saxo-Naumburgicae regimen, ex alia Taciti historia. Slesvingae ditiosis centuriam sedesque est, quam cum Henrico VII. Rege Angliae (vt videre est apud Verulamium in Regis huius vita) noluit negligere PRINCEPS, cum Henrico VII. in plagulae nostrae prima facie collatus. Etenim, cui incognitum sit ex historia Verulamii, Henricum VII. Regem Angliae immortalis praeconio dignum asseruisse, sibi cordi fore, vt pax subditis suis non tantum solia producat, sub quorum umbra secrete possint recumbere, verum etiam fructus edat diuitiarum & opulentiae? SALOMO Anglorum hodiernum audit Henricus VII. Rex olim Angliae; vnde nihil habuisse EVM & pedantio, voce Verulamiana, facilis potest credi. Sed enim



IO. GEORGE KOEBERLING, *Ostheimio-Francus*,  
Serenissimi NVTRITORIS Aduentum in *Hennebergiam* carmine Latino Heroico ex *Hadriani* in oras Imperii R. profectioe illustrabit, extollet, & felicitatem simul hinc ad *Hennebergiam Saxo-Naumburgensem* & *Gymnasium Hennebergicum commune* redundantem pro virili sua tradet; secundus

IO. ABRAHAM SCHVBARTH, *Weigsd. Lusatus*,  
hanc in *Hennebergia* institutam commorationem, qua *augusta* licuit ora colere, ex *Henrici, Angliae Regis* & *Salomonis Anglorum* historia declarabit, visurus, vt specimina *praesentiae* illius *Principalis* diviniora, commune commodum, praestans decus & emolumentum, intelligi queant & cognosci: tertius

IO. GEORGE BVRCKHARDT, *Solisbaco-Palatinus*,  
plausus & obsequii signa alia, dona, quae luculentissima sunt NVTRITORI CLEMENTISSIMO, iunget, argumento sibi sumto ex piis *Batauorum* desideriiis, cum *Hagam Comitum* ingressus est WILHELMVS, *magnus magnae Britanniae Rex*; & in felicitatem *Wilhelminam* vberius dicendo pro tam illustri beneficio, quod exhibitum est, summa precabitur omnia. Nempe sic ex *memoria aevi triplicis, veteris, recentioris, & nouissimi* plenior fiet collatio, & vndique elucescet, *Aduentum* nuperum SERENISSIMI DVCIS & NVTRITORIS, quo simul videri fecit DOMINVM FRATREM & DVCVM SERENISSIMVM, fuisse felicissimum. Nihil autem cum super sit, quam vt prouideat ad agendas gratias humillimumque cultum DOMINICIS *Magistratus Patronos, & Fautores* obsequentissime, reuerenter & studiose in *Gymnasium* ad audiendas orationes inuitemus, id quidem nunc peragitur: sed eo pensius omnino habitum iri preces confidimus, quo libentius quisque pro SERENISSIMAE DOMVS SAXONAVMBURGICAE perennitate & incrementis vota fundit, & fatetur: ADRIANI nostri, PRINCIPIS, qui, *Hennebergiae* suae consulturus, accessit, SALOMONIS nostri & sapientissimi Domini, qui optimi regiminis exemplum est, & verum Christiani orbis delictum, *Aduentum* fuisse WILHELMINVM, & felicissimum. P. P. c. *Gymnasio DVCVM Saxoniae Schleusingensi*, XVIII. KL. Octobr. Anno O. R. M. DCCL.

Excud. G. W. Goebel, Ill. Gymn. Schleusingensis Typographus.

Pon Xa 3414, FK

ULB Halle 3  
003 700 712



f







Xa  
3414

XXXVI.  
Q. B. V.

# ADVENTVM FELICEM REVERENDISSIMI SERENISSIMIQVE PRINCIPIS AC DOMINI,

## DOMINI MAVRITII GVILIELMI POSTVLATI ADMINISTRATORIS

EPISCOPATVS NVMBVRGENSIS, DVCCIS SAXONIAE,  
IVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM, ANGRIAE ET WEST-  
PHALIAE, COMITIS PROVINCIALIS THVRINGIAE,  
MARCHIONIS MISNIAE ET VTRIVSQVE LVSATIAE,  
PRINCIPIS HENNEBERGIAE, COMITIS MARCAE  
ET RAVENSBERGAE, DYNASTAE  
RAVENSTEINI,

Hennebergia Saxo-Naumburgica <sup>Quo</sup> DOMINVM ac PRINCIPEM  
suum longe Clementissimum,  
Hennebergicum vero Gymnasium, quod PRINCIPVM SAXONIAE  
& commune est,

NVTRITOREM & nunc DIRECTOREM  
multo Indulgētissimum.

<sup>vidit,</sup>  
XVI. KL. Septembr. A. MDCCL.

ex Historia

<sup>veteri, de,</sup>

ADRIANO, Imp. Rom.

<sup>recentiori, de,</sup>

HENRICO VII., Rege Angliae,

<sup>recentissima, de,</sup>

GVILIELMO, Rege magnae Britanniae,  
in eodem GYMNASIO Illustri

NVTRITORIBVS SERENISS.

<sup>denotissimo</sup>  
declarandum, pieque concelebrandum intimat,

&  
ad Panegyrim XVII. KL. Octobr.  
habendam.

DOMINOS, Maecenates, Patronos. & Fautores obsequen-  
tissime, obseruanter & humaniter.

<sup>inuitat</sup>

M. Godofredus Ludouici, Rector.

